Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26544
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dicitur. creditur autem substantia panis
& uini corporis & sanguinis xpi. &
tamen species non cernitur.
Quod ergo uidetur secundum speciem sacra
mentum est. & imago illius quod cre
ditur. secundum corporis ueritatem sacra
mentum est illius quod percipitur secundum gratiam spiritualem.
Sacramentum ergo altaris. & eucharistia
diuina in uero corpore & sangui
ne domini nostri ihesu xpi imago est secundum
speciem panis & uini. in qua cer
nitur. & res est. secundum substantiam
sue ueritatem. in qua creditur il
lic atque percipitur. Et rursum nunc quod
uisibiliter secundum sacramenti speciem. & corporalem
secundum ~~scilicet~~ carnis & sanguinis xpi ueri
tatem apud in altari sumimus sacramen
tum est. & imago quod ipsum eundem
inuisibiliter & spiritualiter secundum
gratie infusionem. & spiritus sancti participa
tionem in corde sumere debemus.
Ergo diuinissima eucharistia que
in altari. & secundum panis & uini spe
ciem. & secundum corporis & xpi ueritatem
tem. uisibiliter & corporaliter cracia
tur sacramentum est. & signum. & imago.

+ sanguinis